Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26092
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Tunc enim non subducuntur ad terram nauibus tanquam cura redeundi. sed ita eum secuti sunt tanquam uocante ac iubente. ut sequerentur. Nos uero dilecti domini auxiliante deo gemamur seruire peccato. quibus cauta beatitudo preparatur in celo. Dum quoque licet nobis in nostra potestate est. respuamus falsa et transitoria. in ea quae uera bona sunt recipere mereamur. Vacuemur uitiis et uirtutibus repleamur. quia nemo potest bona suscipere. si amaluisse noluerit liberare. quia scriptum est. quod benignus spiritus sanctus non habitabit in corpore subdito peccatis. In hoc enim mundo uelut in procelloso pelago nauigamus. ut ad patriam paradysi peuenire possimus. Festinemus uiciqe exhaurire seminia. ut anima nostra bonis operibus ornata. uelut nauis diuersis commerciis plena. in portum eique beatitudinis anchora figere. et ad angelicam mercem consortium peuenire. ubi abauditu malo liberati. illa felice et desiderabile uoce audire mereamur. uenite benedicti patris mei. percipite regnum quod uobis paratum est ab origine mundi. Quod ipse prestare dignetur. qui uiuit et regnat in trinitate perfecta dis. per omnia secula seculorum. amen. Dom. VI. POST PENTECOST. SCDM MATHEVM.

IN ILLO TEMPORE. Dixit illis dominus. Amen dico uobis. quia nisi abundauerit iustitia uestra plus quam scribarum et pharisaeorum. non intrabitis in regnum celorum. OMELIA LECTIONIS EIUSDEM.

HOC DICIT. SI SOLUERIT MINIMA PRECEPTA legis implauerit. et non magna quae ame addita sunt. non intrabitis in regnum celorum. Iustitia scribarum et pharisaeorum erat non occidere. iustitia uero eorum est qui intrauit in regnum celorum. id est xpianorum. non solum occi